

BOTANISCHES INSTITUT
der Universität Wien

Bibliothek

J.-Nr. 3201

Sign. 277/16

BOTANISCHES MUSEUM
der k. k. Universität.

J. N° 3701
B 78/73.

O B S E R V A T I O N E S B O T A N I C A E

IN ALMA UNIVERSITATE ARGENTINENSI
MEDICI ORDINIS CONSENSU
IMPETRANDAE VENIAE ERGO
HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORIS MEDICINAE ADIPISCENDI
DISPUTATORIIS EXERCITIIS
IN AUDITORIO ACADEMICO MAIORI
DIE I. DECEMBRIS MDCCCLXXXV
SOLENNITER DISCUTIENDAS PROPONIT

BENIAMIN PETRUS GLOXIN
COLMARIENSIS.

CIVITATIS PATRIAE PHYSICUS DESIGNATUS.

ARGENTORATI
E PRELO DANNBACHIANO
STANNO ROLANDI ET IACOBI.



CIVITATIS COLMARIENSIS
PERILLUSTRI REGIO PRAETORI
MAGNIFICO MAGISTRATUI
PRUDENTISSIMO SYNDICO
PATRIAEC PATRIBUS OPTUMIS
SACRUM.

BRITANNIA RUMINA
PUDICITIA IN VENATIONE
AGRICOLA MIGRATIONE
PERILLUS TRIBUS EGO HABO
CIVITATIS COPIA

PROOEMIUM.

NOVAS aliquot rarasque instructissimi Horti Academici Argentoratensis plantas, speciminiis inauguralis loco exhibere animus est, quam rem non-nulos miraturos esse existimo, qui stirpium cognitioni aequum pretium haud statuentes morbos unice agitandos esse autumant ab iis quibus impetrandorum doctoralium honorum causa aliquid scribendum est, aut praeter illos ea tantum tractanda esse quae proxime ad humani corporis fabricam aut medicamentorum virtutem pertinent. Quae falsa multorum inhaerens menti opinio praeclaris complurium in celeberrimis Belgii, Sueciae, Germaniae scholis Medicorum editis consimilis argumenti libellis redarguitur. Ergo Zoilorum ejusmodi censurae securus, quas maxime descriptione dignas judicavit & quarum delineandarum lubenter copiam fecit Praeceptor amabilissimus (ita se vocari quorumcunque titulorum loco gestit,) JOH. HERMANN Medicinae Doctor & Professor, Horti Praefectus, describam & saltem quoad partem botanophilorum lectorum ob oculos ponam in charta effictas, additurus plura nisi in aliis exspectatus frustra flos spem fefelleret, quo *Mesembryanthemi longis teretibus foliis radicalibus* gaudentem speciem refero, & *Ficum repente* & *Crassulae* sine dubio *quadrifariam imbricatam* sine nomine horto illatam

A

latam speciem: in aliis utique rarioribus post locatam in describendis & delineandis operam , comperissem tandem satis jam esse cognitas, quod in *Spi-gelia marylandia* accidit , quam ex semine anonymo enatam quum fructum non tulisset , *Gentiane* novam speciem monogynam esse credidi , donec ex HOPPII descriptione & iconе in Act. Edinburg. ann. 1771. T. 3. p. 151. Tab. I. quae casu in oculos incidit, illam agnoscerem: nisi dein in aliis conatus meos praevertisset clarissimorum botanicorum industria ; in *Euphorbia* quam praceptor vocavit *pandurifoliam*, quamque ill. ANDR. MURRAY *cyathophorae* nomine Soc. Reg. Goetting. proposuit & nondum edito volumini Commentariorum novorum inseruit ; in *Senecione reclinato*, quem cl. L'HERITIER in primo plantarum fasciculo haud ita pridem evulgato descripsit delineavitque ; in *Geranio tetragono* ab ill. JACQUINIO jam declarato , quas omnes supprimere nunc verecundia jubet , neque alias illorum in locum substituere instans hyems & finis academicae vitae imponenda permittunt. Quare quae tibi offero B. L. aequi bonique consule.

1

MARTYNIA
ANNUA, VILLOSA ET VIScosa
FOLIO SUBROTUNDO, FLORE MAGNO RUBRO
D. Houstoun.

HISTORIA ET ANALYSIS PLANTAE.

GUILIELMUS HOUSTOUN cuius praematuram mortem omnes de augmento botanices scientiae folliciti dolent, inter plantas quas propè Americae urbem ad mexicanum sinum sitam, Veram Crucem legerat, elegantem quoque quandam non minus quam novam reperit, cuius delineandam curavit corollam, fructumque, in reliquiis ¹ ejus, quas illustrissimo Equiti & Soc. Reg. Lond. Praesidi BANKS debemus superstitem, quamque sequenti definivit modo. "Est plantae genus flore monopetalō anomalo, in duo veluti labia scisso, quorum superius bifidum est & surrectum, inferius vero tripartitum, segmento medio majore. Fructus membrana coriacea tegitur, intus vero est officulum quatuor feminibus foetum". Quum etiam qui novum genus constituit eidem nomen imponere teneatur, ad conservandam memoriam sui amici, botanici bene meriti JOH. MARTYN Angli, dixit MARTYNIAM, quo nomine Chelseani Horti catalogo ad annum 1731 inserta ², ejus existentia botanicis primum fuit declarata. Ulteriorem expectabant nunc delineationem: desiderio satisfecit ipse MARTYN, quum egregio quod tunc edidit operi pulchram, & a corolla si recedis accuratissimam inferuerit

1. Reliquiae Houstounianae: seu plantarum in America meridionali a GUILIELMO HOUSTOUN M. D. R. S. S. collectarum icones manu propria aere incisa; cum descriptionibus eischedis ejusdem in bibliotheca JOSEPHI BANKS Baroneti R. S. P. affervatis. Londini 1781. 4^o. Tab. 10.

pag. 5. In nota addidit editor *Martynia annua* Linn.

2. cf. Philosophical Transactions Vol. 38. for the years 1733. & 1734. Number. 427. p. 3. No. 476. *Martynia annua, villosa & viscosa, folio subrotundo flore magno rubro.* D. HOUSTOUN.

ejus iconem, uberiore quoque illustraverit descriptione³, quam benevolis
mei opusculi lectoribus pro instituti ratione tradam.

“Radices habet fibrosas, annuas, caules pollicem crassos ex viridi rube-
“scentes, villoso in ramos bifariam divisos, foliis vestitos adversis, per amplis,
“villoso, viscidis, sinuatis, flores in ramorum divaricationibus in thyrso
“collocantur, androgyni, monopetali, petalo in quinque segmenta diviso
“inaequalia, externe pallide rubro, admodum villoso, interne macula satu-
“ratius purpurea in singulis segmentis notato, maculis in parte tubulosa
“hinc inde consperso & maculis flavis in parte inferiori vario. Calycem
“habet duplum, exteriorem nempe quadrifolium, interiore trifolium,
“utrumque irregularem e viridi rubrum. Ex ovario assurgit stylus com-
“pressus, ex petali autem interiori parte stamina quatuor cum suis apicibus,
“quorum duo majora, duo minora. Fructus succedit viridis, putamine
“coriaceo tectus quod bifariam dehiscens officulum praedurum ostendit
“in quatuor loculamenta divisum, quod in singulis continet semen unicum,
“oblongum, nigrum.”.

MARTYNII pressit vestigia EHRET⁴, sed de iis quae dedit libro rariori
destitutus nil dicere possum. Eadem fere quae MARTYN de planta hac
retulit MILLER, quae propriis ejus verbis cui volupe est in nota subjecta⁵ le-
gere poterit.

His nunc a dictis auctoribus circa plantae structuram factis observationi-

3. JOH. MARTYN Plantarum rariorum historia Decad. V.
quorum prima prodit Londini 1728. fol. iconibus vivis
expressis coloribus; obpraefantiam denuo edita studio atque
opera JOH. DAN. MEYER Pictoris, prodit cum versione
germanica in fol. Norinberg. 1752. (hac & ego usus sum
editione). Tab. XL. p. 18.

4. GEORG. DIONYS. EHRET Plantae & Papiliones ra-
iores. Londin. 1749. fol. max.

5. MILLER Gardener Dictionary. Usus sum edit. 2da fol.
Lond. 1751. & sexta ibid. 1771. 4. nulla re in posteriore aut
mutata circa hanc plantam, aut addita. An in recentioribus
aliquid addiderit, me fugit, quia consulere non
licuit, neque in gallica versione hucusque pertigerit clar.
qui eam edit Dn. DE CHAZELLES.

“MARTYNIA (Annua) caule ramoso, foliis angulatis,

“Linn. Sp. Plant. 618. *Martynia with a branching stalk*
“and angular leaves.

“This sort was discovered by the late Dr. WILLIAM
HOUSTOUN near La Vera Cruz in New Spain.

“This rises with a strong herbaceous stalk near three feet
“high, which divides upward into two or three large
“branches, garnished with oblong, oval, hairy, viscous
“leaves, cut into angles on their sides. The flowers are
“produced in short spikes from the end of the branches;
“they are shaped like those of the common Foxglove,
“but are of a paler purple colour, and are succeeded
“by oblong oval capsules, which are thick, tough, and
“clammy; when ripe, divide into two parts, and drop
“off, leaving a large hard nut hanging on the plant,
“about the size and much of the same form as the stag

bus addere liceat descriptionem, quam ad methodum qua usus est ill.
L'HERITIER, quum apprime placeat, conficiam.⁶

MARTYNIA ANNUA, VILLOSA ET VIScosa,
FOLIO SUBROTUNDO, FLORE MAGNO RUBRO. Tab. I.

PLANTA. Speciosa, ampla, bipedalis, recta, foliis magnis, herbacea, tota omnibus partibus villosa, viscosa, villis parvis, tenuibus, simplicibus, albis, apice globulo pellucido, glutinoso, adhaerente instructo. *fig. 5.*

* *Descensus.*

RADIX. Annua, fibrofa.

* *Ascensus.*

CAULIS. Unicus, teres, pollicem crassus, fistulosus, bipedalis, erectus, ex viridi rubescens.

RAMI. Plures, brachiati, dichotomi, facie caulis.

* *Frondescientia.*

FOLIA. Radicalia nulla.

Caulina opposita, petiolata, cordato orbiculata, angulata, dentata dentibus longo sinu remotis, flaccida, viridia, ob villorum densitatem albida, venosa. 6. poll. parif. longitudine folii maximi.

PETIOLUS. In caule horizontalis, in ramis patens, longitudine folii, de reliquo cauli conformis.

* *Inflorescentia.*

FLORES. Plures, breviter pedunculati, dependentes, ita ut faux respiciat inferiora, tenues, aestivales, in thyrsi collocantur in ramorum divaricatione, longitudine $2\frac{1}{2}$ poll. parif.

» beetle, with two strong crooked horns at the end.
» The nut has two deep longitudinal furrows on the
» sides, and several smaller crossing each other in the
» middle, and is so hard, that id is with difficulty cut
» open, without injuring of the seeds; within are four
» oblong cells, two of which have a single oblong seed in
» each, but the other two are generally abortive. If the
» plants are brought forward in the spring, they will

» begin to shew their flowers in July, which are first
» produced at the extremity of each branch, so there
» will be a succession of flowers on the same plant til
» the end of October, when te plants usually decay» .

6. Stirpes novae aut minus cognitae quas descriptionibus
& iconibus illustravit CAROLUS LUDOVICUS L'HERITIER
Dom. de Brutelle in aula Juvaminum Parisiens, Regis consilia-
rius. Parisiis 1784.

BRACTEA duplex: *Una* anterius duas infra calycem lineas sita, diphylla, sessilis, foliolis ovatis, obtusiusculis, siccis, margine modo villoso, facile deciduis, & viridi rubescentibus. *fig. 1.* (haec calycis exterioris a MARTYNIO memorati partem constituit). *Alter a* monophylla, maxima, pedunculo extremo opposita, petiolata, petiolo subalato, ovato-orbiculata, angulata, nervosa, siccata, margine summo inflexo, ante floris expansionem decidua, unde fine dubio MARTYNIO non observata. *fig. 4.*

* *Fructificatio.*

CALYX. Perianthium pentaphyllum, inaequale, foliolis tribus lanceolatis, tenuibus, uninerviis, (calyx interior, MARTYNII). duobus ovatis (altera calycis exterioris MARTYNII pars) crassioribus, trinerviis ex flavo viridibus, deciduum. *fig. 3.*

COROLLA Infra, monopetala, ringens, calyce quinque longior. Tubus ad basin tenuis, sensim ampliatus, ex albo coeruleofuscante rubescens, intus maculis rubris & flavis varius. Limbus pallide ruber, singulo segmento macula purpurea nitida notato, in duo labia divisus, superiore reflexo, bifido, inferiore recto, trifido, lacinia media longiore, ampliore basi macula flava, stigma bifidum stylo suffultum simulante picta. *fig. 1.*

STAMINA. Filamenta quatuor, alba, recta, parieti corollae anteriori inferta, applicata, crassiuscula, longitudine tubi. Duo majora ad latera sita antherifera, duo minora, media, antheris destituta inter quae quinti rudimentum. Antherae oblongae, biloculares, luteae, connexo-conniventes. long. 2. lin. *fig. 2.*

PISTILLUM. Germe superum, oblongum, in medio coarctatum, definens in stylum crassiusculum, planum, staminibus breviorem. Stigma bilamellatum, lamellis planis, appositis. *fig. 3.* sensim sensimque remotioribus, post foecundationem marcescens, hians. *fig. 6.*

PERICARPIUM. Sub putamine viridi, praeficacitate splendenti, coriaceo, exsucco utrinque acuminato, latet Capsula pollicaris, nigra, lignosa,

durissima, ovata, compresa, quadrisulcata, sulcis profundiusculis, bicoftatis, costis crassis, *retrorsum* superius & inferius conniventibus in unum apicem, apicibus junctis spatio intermedio vacuo distinctis, *antrorsum* omnibus surfsum directis, in duos fasciculos collectis, divaricatos, terminato quolibet denticulo libero, recurvo, subulato, colore pallidiore. Plana intermedia, fibris laceris decusata, foveolis notata, indicant situm quatuor capsulae loculamentorum, quae continent

SEMINA Quatuor, scilicet: singulum in singulo loculo, oblonga, compresa, nigra, medulla alba.

Quibusdam abhinc annis in Horto Argentinensi excolitur in quem ex H. Reg. Parisino semina missa sunt nomine *Martyniae americanae* quotannis per totam fere aeftatem florens, hyemem versus fructus perficiens. Seminibus propagatur⁷.

ANIMADVERSIONES CIRCA PLANTAE CLASSEM, GENUS, SPECIEM, SYNONYMA, DIFFERENTIAS.

Patet ex dictis LINNAEUM hanc plantam, etiam si Diandrarum classis ob duo tantummodo stamina perfecta, Pentandraru[m] vero ob quinque filamenta quodam jure vindicare sibi eam videntur; generi inferuisse inter Didynamias militanti; inter has etiam hucusque⁸ aptissime locari persuad-

7. Planta quum sit annua, feminibus unice propagari potest, quibus fissa per longum capsule exitus ut germinent facilior reddendus est: nisi enim hoc fiat, longissimo tempore capsule sub terra manent; unde factum est ut nonnulli qui ex Argentoraten[s]i horto acceperunt, eas non germinavisse conquesi sint, & referente MILLERO etiam post quinque demum annos postquam capsula terrae mandata fuerat, plantula in conspectum prodierit: quo fane moneri debent stirpium cultores ne temere femina, abjiciant nisi probe ante examinata an integra sint adhuc an corrupta. Semina adeo terrae commissa in scutuli

olla hypocausto inferuntur equino fimo & cortice querndo calefaciendo. Ita post mensis fere spatium plantula prodit & in ratione blandioris qui illi applicatur caloris increvit, tunc paulo post transplantanda in ollam majorem eidem hypocausto traditur, ea observata cautela ut aqua & solis radii arceantur, donec radices egerit, & tempestate calida apertis aliquantum fenestrulis libero aëri aequaliter accessus detur. Ter mutare ollam, quod MILLERUS jubet, superfluum est, quum tradita methodo laete proveiat.

8. Hucusque dico, quia persuadeor, in systematice arti-

deor, in mentem dum revoco affinium *Bignoniae Catalpae*^{9.}, *Bignoniae Quercus*^{10.}. *Rapuntiae AUBLETII*^{11.}, structuram quatuor filamentis duobus modo antheriferis, quintique rudimento instructarum, & video eas ob staminum proportionem, ob corollam personatam, ob mirum cum aliis generibus nexus optimo tam sexuali quam naturali methodo consilio respondentibus esse positas; quae omnia de nostra quoque valent; nam (ab artificialibus recedam characteribus) natura arctiori vinculo nunquam junxit plantas, evidentiores nullibi observavit transitus, quam qui inter nostram plantam, *Martynias*, *Craniolarias*, *Bignonias*, locum habent.

Vidimus quoque supra^{12.} auctorum esse sententiam Houstounii stirpem LINNAEUM associavisse *Martyniis*, addito nomine triviali *annuae*. Videamus quomodo res se habeat. A REICHARDO editam recentissimam & usitatissimam Specierum Plantarum dum evolvo editionem^{13.}, allegatasque ad *Martyniam annuam* descriptiones & icones rimor, plantas longe diversas video huc esse tractas, unoque sub nomine militare coactas, & quidem ipsam Houstounii plantam^{14.}, sed etiam praeterea eam quam *Proboscideam* dixerunt Botanici nonnulli recentiores^{15.}, novumque tanquam genus proposuere^{16.}; quasque differe jam perspexit posterioribus temporibus MILLER dum hanc *Louisianicae* nomine describit, illam autem *annuam* vocat^{17.}. Optime, exquisitis apparebit a se invicem recedere characteribus, ex descriptione nunc exhibenda *Proboscideae*, olim LINNAEO incognitae^{18.} dein cum Houstounii *Martynia mixtae*^{19.}, comparata cum iis quae de hac supra diximus.

ficiali optimo negotio peculiari classe comprehendi posse perfonatas plantas, quinque filamentis, seu omnibus antheriferis, seu uno pluribusve non fertilibus instructas, quo pertinerent *Martynia*, *Craniolaria*, *Sesamum*, *Chezrene*, varias species, nisi omnes, *Antirrhini*, *Bignoniae*, *Besleriae*.

9. Encyclopedie methodique. Botanique. par MR. DE LAMARCK. T. I. p. 417. n. 1.

10. Encyclop. loc. cit. n. 2.

11. Plantes de la Guiane françoise. p. 670. Tab. 272.

12. Not. 1 & 5.

13. Système Plantarum curante REICHARD. T. III. p. 142.

14. Quod suadent synonyma MARTYNI, EHRETI, HORT. CLIFFORT. MILLERI, quoad descriptionem, non iconem.

15. Quo pertinent reliqua allegata auctorum loca.

16. SCHMIEDEL Icon. & Analyf. Plant. Tab. 12. 13. p. 49. MEDICUS Botan. Beobacht. 1783. p. 20. nomine *Proboscideae* JUSSIEUI.

17. Garden. Dict. ed. 6ta. n. 3. & 1.

18. Nam in ultima quam ipse edidit Spec. Plant. editione Upfal. 1752. *annuae* nomine Houstounii plantam, nullamque aliam intelligere patet ex allegatis auctoriis not.

14. recentitis, nulloque alio citato.

19. Quum in Systemat. Natur. ed. XII, T. II. p. 412. non

PROBOSCIDEA,

PROBOSCIDEA. (vidi vivam.)

MILLER Plants Tab. 286. p. 191. ^{20.} KRETZSCHMAR Monograph. ^{21.}
 SABBATI Hort. Roman. T. II. Tab. 91. SCHMIEDEL Ic. & Analyf. Tab.
 12. 13. GOUAN Hort. Monsp. p. 303. MILLER Garden. Dict. n. 3.
 FABRICIUS Hort. Helmst. p. 240. MEDICUS Bot. Beob. an. 1783. p. 20.

PLANTA. Ampla, bipedalis, flexuosa, herbacea, villosa, viscosa.

* *Descensus.*

RADIX. Annua, fibrosa, albida.

* *Ascensus.*

CAULIS. Unicus, teres, pollicem crassus, fistulosus, palmaris, dilute viridis.

RAMI. Plures, sparsi, facie caulis.

* *Frondescentia.*

FOLIA. Radicalia nulla.

Caulina opposita & alterna, petiolata, cordato-ovata, integerrima, rigidiuscula, undulata, venosa, viridi-flavicantha, 5 poll. paris. longa.

PETIOLUS horizontalis, superne leviter canaliculatus, longitudine folii: de reliquo cauli conformis.

* *Inflorescentia.*

FLORES. Plures, pedunculati, in thyrsum laxum dispositi in ramorum di-varicatione, longitudine 2 poll.

BRACTEAE. Due ad basin calycis, lanceolato-ovatae, ex flavo viridescenti-rubentes, marcescentes, deciduae.

* *Fructificatio.*

CALYX. Perianthium monophyllum, inflatum, quinquefidum, laciiniis tri-

modo affert & GOUANUM & FABRICIUM, TURRAEQUE ob-servationem, nec non iconem MILLERI & capsulae longissimum rostrum, sed characteri specifico addidit folia integerrima.

^{20.} Quod a MILLERO tam MARTYN quam HOUSTOUN allegantur non factum esse videtur quia creditur unam

eandemque hanc cum illa esse speciem, sed ad idem genus esse referendam ut indicet.

^{21.} SAMUEL KRETZSCHMARS Beschreibung der in Dresden ohnlaengst erzeugten *Martyniae annuae villosae* Friedrichstadt 1764. 4. cum duabus tabulis aeneis. Praemiffo non magni momenti de Botanices scientiae utilitate

bus superioribus lanceolatis, acutis, inferioribus lóbatis, deciduum.

COROLLA. Infera, monopetala, ringens, calyce quater longior. Tubus ex basi angustiore amplius, ventricosus, albo-flavescens maculis viridibus, flavis & violaceis varius. Limbus amplius, effusus, undosus, dilute violaceus, punctis & lineis croceis violaceisque pictus, in duo labia minus distincta divisus, quinquefidus, lacinias subrotundis, media majori, basi lineis sulphurei coloris stamina stylumque cum stigmate simulantibus picta.

STAMINA. Filamenta quatuor, crassiuscula, alba, violaceis punctis conspersa, tubo imo inserta, minori circum majus circumflexo, longitudine tubi, antherisera. Antherae biloculares, loculamenis ovatis, conniventes. Quinti staminis rudimentum.

PISTILLUM. Germen oblongo-acuminatum sustinet stylum teretiusculum, album, longitudine staminum. Stigma bilamellatum, lamellis subrotundis, crenatis, hians, tactu clauditur.

PERICARPIUM. Sub putamine coriaceo, viridi, viscoso, exsucco, utrinque acuminato, bivalvi, latet capsula palmaris ventricosa, lignosa, nigrescens, obsolete quadrangula, multis loveolis notata, dorso cristato, rostro longissimo adunco in duas valvas dehiscent, incomplete quinquelocularis.

SEMINA. Plura, subcordata, compressa, scabra.

Completam descriptionem plantae exactioremque qui cupit adeat d.
SCHMIEDEL: ea modo ego adduxi, quae maxime meum ad scopum faciunt.

Declarant dicta cum iis quae de *Martynia Houstounii* protulimus composita, ab ea differre *Proboscideam*

prologo p. 21. sq. dat LINNAEI ad mentem compositam sat accuratam plantae descriptionem *Ceratocarpi annui villosi*, seu *Martyniae annuae villosae* HORT. CLIFFE. nominis non apte certe, quum priore jam ante ad plane diversam

designandam stirpem & a LINNAEO hoc nomine receptam usus fuerit BUXBAUM Ad. Petrop. T. I. p. 241 posteriorē vero alias respicere speciem supra dictum sit. Mirum est nulli auctori libellum hunc allegatum esse.

Ramis sparsis

Foliis oppositis & alternis, cordato-ovatis, integerrimis, undulatis,
rigidiusculis

Calyce monophyllo

Corollae tubo amplissimo, limbo magis irregulari

Filamentis quatuor antheriferis, inter se inflexis

Capsulae rostro longissimo

Seminibus copiosis

Ideoque etiam tanquam duas exquisitis characteribus distinctas species considerari debere, sed simul tanta jungi affinitate, tam arcto naturae neci vinculo evidens est, ut non modo debili & manco artificio disjungerentur tota classe, sed & naturae & arti arridente consilio uno comprehendi debeant *Martyniae* genere, cuius quidem hucusque minus firma sunt a LINNAEO jacta fundamenta: nam non modo ex speciebus enucleatis patet, minus apte a calyce illum defumisse characterem ^{22.}, rectius vero in usum vocasse corollam monopetalam, ringentem, quinti staminis rudimentum & reliquis omnibus superiorem Capsulam lignosam, corticatam, rostro hamato, bivalvem 3-5 locularem ^{23.}. Sed *perennis* ^{24.} quoque & *longiflora* ^{25.}, suam ad illius characteris imbecillitatem, hujus firmitatem ostendendam conferre videntur symbolam; etiamsi fatendum de rudimento quinti staminis in ROYENII descriptione non dictum esse, quod vero ejus defectum non probat, quum & alios omnes characteres quibus pro genere designando usus est LINNAEUS omiserit, & dolendum omnino, plantam hanc rariorem minusque cognitam exactius non fuisse descriptam, accura-

22. Syst. Veget. p. 558. quum eum mox pentaphyllum uti in *Martynia Houstounii* & *perenni*, mox quinquefidum uti in aliis esse viderimus.

23. Dico 3-5 locularem, non quia tales in examinatis a me speciebus reperi, in quibus quadrilocularem deprehendi, sed (quum pericarpium *perennis* & *longiflorae* neque viderim neque exacte aut descriptum aut delineatum repererim) LINNAEI ad mentem, qui quadrilocularem olim eam quoque dixit, Gen. Plant. ed. ann. 1754. quinquelocularem vero ejusdem in libri editione secunda pronunciavit;

quam vero iterum in Syst. Nat. ed. X. mutavit sententiam, quum ibi eam mox tanquam trilocularem, mox quinquelocularem proponit. Hac rerum in ambiguitate dubius haereo, annon meliore consilio loculamentorum determinandum numerum feliciori forsitan linquamus posteritati, eoque contenti simus, quod sciamus eam plus quam bilocularem esse.

24. HORT. CLIFFORT. p. 348. cum tab. MILLER Garden. Dict. n. 1. MEDICUS Botan. Beob. p. 238.

25. v. ROYEN in LINN. Syst. Nat. ed. XII. T. II. p. 112.

tiusve depiclam ^{26.}. In *perenni* quidem quinti staminis rudimentum adest, sed ejus capsulam nullibi, (& EHRETIO excepto omnes consuli auctores, ^{27.}) reperi aut descriptam aut delineatam, sed semper quaeruntur stirpium cultores & descriptores, etiam laetissime florentem plantam fructus non perficere. LINNAEUM tamen de ejus structura notitiam habuisse persuadeor, aut ex aliis argumentis conclusionem duxisse, illam formae ejusdem esse quam generi tribuit; nam hoc si non fuisset, cur ad hoc genus retulerit, a quo staminum peculiari & aliena structura recedit ^{28.}, cujusque ab eo stabilitum characterem calyce pentaphyllo eludit, ego saltem non perspicio.

Supereft ut inquiratur an ad *Martyniae* genus a congeneribus distinguendum sufficiat, an illi conveniat unice, an sit quem LINNAEUS vocat propriissimus, quem supra probavimus character? Didynamiae Angiospermiae pervolvens stirpes, uni-bilocularive modo omnes instruclias esse capsula duobus exceptis video generibus, *Loeselia* & *Craniolaria*.

Priorem mittere possumus, quum non modo trilocularis capsula sua simpliciter ovata a *Martyniis* recedat figura, sed & corollae laciniis omnibus secundis, staminibus petalo adversis, ^{29.} fat superque distinguantur.

Craniolaria proprius rimanda est: nam non modo capsula illi *Martyniarum* plane similis, sed & corolla ringens, quinti staminis rudimentum ^{30.} haud minimam ejus characteris constituere mihi videntur essentiam.

Quaeritur ergo an haec recte se habeat sententia. Si recte, videndum, seu an *Martynia* & *Craniolaria* characteribus ad genera distinguenda paribus differant; quod si erit, hunc oportebit corrigere characterem: seu an ita in se mutuo transeant, ut de statuendis limitibus dubii, meliori consilio species amborum generum LINNAEO constitutorum uno eodemque genere complectamus.

Hunc rite ut assequar finem, uti cum *Martyniis* feci, hic quoque in *Craniolaria* procedam, specierum instituam analysin, characteremque inde eruam.

26. Unicam quae extat iconem dedit MEERBURGH
Affbeelddingen van zeldzaame Gewassen. Leyd. 1775. fol.
Tab. VII. addito LINNAEI charactere specifico.

27. Verosimile & EHRETIUM nil de ea habere mihi ex eo videtur, quod ex Anglicis hortis quas delineavit plantas defumferit, ibique fructus hanc plantam non perficere doceat MILLER.

28. Cujus structurae, quam exactissime descripsit, ob causam ad Syngenesiam eam retulit MEDICUS. l. c.

29. Gen. Plant. p. 270. Syst. Veget. p. 522. 567.

30. Gen. Plant. p. 269. Syst. Veget. p. 524. 558.
JUSSIEUI Methodo inter *Bignoniast* rudimento quinti staminis instructas reponi accepimus.

CRANIOLARIA FRUTICOSA (Planta minus cognita,)

PLUMIER Gen. 27. n. 2. EJUSD. Plantae americanae ed. BURMANNO.

Fasc. VI. p. 128. Tab. 137. MILLER Dict. n. 1.

CAULIS. Fruticosus, erectus, ramosus, longitudine 12. pedum.

FOLIA. Solitaria, villosa, lanceolata, dentata.

FLORES. Solitarii ex angulis ramorum.

CALYX. Quinquesfidus; laciniis longis, acutis, persistens.

COROLLA. Monopetala, ringens, flavo-viridescens, fusco-maculata. Tubus inflatus, ventricosus. Limbus quinquefidus, inaequalis, laciniis margine crispis.

STAMINA. De iis peculiarem nullibi quum reperiam institutum sermo-

PISTILLUM. nem, cum iis quae in genere LINNAEUS annotavit conve-

nire concludo³¹.

PERICARPIUM. Fructum sibi ignotum dicit LINNAEUS³². Modo annotat BURMANN, jure hanc plantam a *Gesneria* separasse LINNAEUM, quum fructificatio penitus differat.

CRANIOLARIA ANNUA.

JACQUIN Plant. amer. p. 173. Tab. 110. EHRET Plant. & Pap. Tab. 1.

fig. 2. MILLER Dict. n. 1. LINNE Mant. p. 174.

RADIX. Fibrosa, annua.

CAULIS. Unicus, brevis, ramosus, ramis dichotomis, viscosus, villosus.

FOLIA. Opposita, petiolata, basi cordata, semiquinqueloba, lobis subovatis, repando-dentatis.

CALYX. Spatha monophylla, oblongo-ovata, inflata, erecta, magna, antice longitudinaliter dissecta, dorso ad basin aucta bracteis duabus oblongis brevibusque, apice trifido, laciniis ovatis, brevissimis, obtusis, media duplo latiore, auctaque exiguo acumine, decidua.

COROLLA. Monopetala, inaequalis, Tubus cylindraceus, tenuis, erectus,

31. Gen. Plant. ed. p. 269. MILLER Diæ. Filamenta quatuor, longitudine tubi corollæ, quorum duo paulo breviora Antheræ simplices. Germen ova-

tum. Stylus filiformis. Stigma crassiusculum obtusum.

32. Spec. Plant. T. III. p. 141.

omnium longissimus. Faux campanulata, amplissima, patens, brevis. Limbus bilabiatus, planus, longitudine faucis. Labium superius semibifidum, laciniis subrotundis integris. Labium inferius tripartitum, laciniis lateralibus figura & magnitudine laciniarum labii superioris, media duplo reliquis latoiore, hinc undulata.

STAMINA. Filamenta quatuor, filiformia, inserta ad basin faucis, ad cuius dorsum inflexa eandemque non superantia, quorum duo exteriora reliquis longiora, antherae oblongae obtuse didymae, utrinque dependentes. Rudimentum quinti staminis.

PISTILLUM. Germen ovato-oblongum, parvum. Stylus filiformis, erectus, superne latescens & planus, staminibus paulo longior. Stigma bifidum, laciniis oblongis, acutis, planis, patentibus.

PERICARPIUM. Coriaceum, ovatum, utrinque acutum, compressum, crassum, verrucosum, fulco utrinque longitudinali notatum, apice acuminato & antrorsum infexo, bivalve, deciduum, valvulis nivalcularibus.

SEMINA. Nux lignosa, dura, glabra, figura pericarpii, quadrisulcata, fulci antici utroque margine denticulato; apicis bipartiti acuminibus subulatis: quinquelocularis, structura quadrivalvis, at non dehiscentis. Nuclei ovati, compressi, in loculamento intermedio quaterni, in lateralibus solitarii.

Verbis ipsissimis summi JACQUINI usus sum, quia & plantam in patria regione observavit, fusi, & systematicam magis quam reliqui descripsit ad normam; illamque videre mihi neque vivam neque siccum datum sit; ejusdemque liber sit rarius.

Sequentia ex dictis fluunt:

i. Characteres ad genus hoc distinguendum a calycis figura, tubique longitudine & gracilitate desumtos adaequatos non esse^{33.}

33. Distinguit LINNAEUS Syst. Veget. p. 524-558. *Craniolariam*

Calyce duplice floris: perianthio tetraphyllo, spatha monophylla: corollae tubo filiformi longissimo: quum tandem spatham, nullumque aliud perianthium annua habeat, calycemque modo quinquefidum & nullam spatham

fruticosa. Quod attinet corollae tubum, hic evidentem unius generis in alterum transitum ostendit, quum *Martynia longiflora* longitudine & gracilitate tubi corollae *Cranolariam* referat, *Cranolaria* autem *fruticosa* breviore & ampliore tubo corollae cum *Martynia* conveniat.

2. Corolla ringente monopetala, quinti staminis rudimento, capsula denique genus *Craniolariae* & *Martyniae* esse omnino simile.
3. Alio nullo *Martyniam* a *Craniolaria* distingui posse essentiali charactere, ideoque conjungi debere species unumque ad genus amandari³⁴, sequenti modo definiendum.

MARTYNIA (*Martynia et Craniolaria LINN.*)

CHAR. Corolla monopetala ringens.

Quinti staminis rudimentum,

Capsula lignosa, corticata, rostro hamato, bivalvis plus quam bilocularis.

Species mutatis definitionibus & saepe nominibus trivialibus, ita disponendae esse videntur.

* *Caule simplici.*

1. PERENNIS. M. caule simplici, foliis ferratis, bicoloribus, nitidis, corolla supera.

Martynia caule simplici, foliis ferratis. LINNE Syst. Veget. p. 558.

Spec. Plant. T. III. p. 142. Pflanzenyst. T. IV. p. 51. Hort. Cliff. p. 348. c. tab.

Martynia perennis, folio subrotundo, rugoso, flore coeruleo, radice dentariae. EHRET. Plant. Tab. 9. fig. 1.

Martynia perennis. MEDICUS Bot. Beob. 1783. p. 238.

Habitat ad Americae Carthaginem.

2. CAPENSIS. M. caule simplici, foliis orbiculatis, repandis.

LINNE Syst. Veget. p. 559. Spec. Plant. T. III. p. 143. Pflanzenystem.

T. IV. p. 54. Meerburgh. Afbeeld. Tab. VII. nomine triviali *longiflora*.

Habitat ad Promontorium bonae spei.

Ab additis *Craniolarii* ineptum nunc redditum *longiflora* nomen cum illo *capensis* mutavi, quum haec unica sit hucusque cognita species

34. LINNAEUS de genere toto jam recte dixit, *Martyniae* nimis affine esse. Gen. Plant. edit. II. minusque bene, eodem loco, in corollae majori regularitate quaerit differentiam; occasione *Craniolariae annuae* repetit, *Martyniae annuae* similem esse. Syst. veget. p. 558. Egregius quo-

que HOUSTOUN unum genus constitueret & separationem nequaquam pati videtur perspicuisse, dum *Craniolariae annuae* nomen dedit *Martyniae annuae*, *villosoe* & *viscosae aceris* folio, flore albo, tubo longissimo. V. MILLER Did.

quae hanc Africae partem pro patria & non calidorem agnoscat Americam.

* * *Cattie ramoso.*
3. DIANDRA. M. Ramis dichotomis, foliis cordato-orbiculatis, dentatis, floribus diandris. Tab. I. partes floris.

Martynia annua, caule ramoso, foliis angulatis. LINNE Sp. Plant. ed. an. 1752. Syst. Nat. Ed. X.

Martynia. Reliquiae HOUSTOUNIANAE. Tab. X. part. fructific. p. 5.

Martynia annua villosa & viscosa, folio subrotundo, flore magno rubro. MARTYN. Tab. XL. p. 18. EHRET. Plant. Tab. 1. fig. 5.

Philos. Transact. Vol. 38. num. 427. p. 3. MILLER Garden.

Diction. n. 1.

Habitat ad Americae Veram Crucem. ☽.

Diandram dixi ob duo tantummodo stamina fertilia.

4. CRANIOLARIA. M. Ramis dichotomis, foliis semiquinquelobis, calyce spatha monophylla.

Craniolaria (annua,) foliis cordatis, angulatis, calyce exteriore diphylo. LINN. Syst. Veget. p. 58. Spec. Plant. T. III. p. 141. Pflanzen-system. T. IV. p. 49. MILLER Garden. Dict. n. 1.

Craniolaria annua, villosa & viscosa, aceris folio, flore albo, tubo longissimo. EHRET. Plant. Tab. 1. fig. 2. HOUSTOUN. Mss.

Habitat ad Americae Carthagena. ☽.

Craniolariam dixi, ad generis, cuius princeps erat species, conservandam memoriam.

5. PROBOSCIDEA. M. ramis sparsis, foliis cordato-ovatis, integerrimis, capsulae rostro longissimo.

Martynia annua, caule ramoso, fol. integerrimis angulatis. LINN. Syst. Veget. p. 559. Spec. Plant. T. III. p. 142. Pflanzenyst. T.

IV. p. 51. FABRIC. Hort. Helmst. p. 240. SABBAT. Hort. Roman. T. II. Tab. 91.

Martynia caule ramoso, foliis cordato-ovatis pilosis. MILLER Plants. Tab. 286. p. 191.

Martynia

Martynia Louisianica. MILLER Gard. Dict. n. 3.

Martynia annua, villosa, f. *Ceratocarpus* KRETSCHMAR Monogr. 1762.

Martynia caule petiolisque fistulosis, floribus bibracteatis. GOUAN Hort. Monsp. p. 303.

Proboscidea Jussieui. SCHMIEDEL Icon. Pl. & Analyf. Tab. 12. 13.
MEDICUS Bot. Beob. 1783. p. 20.

Habitat ad Misissipi flumen. ☽.

Vulgaris hodie in hortis: circa Monspelium in regione *Hortus Dei* dicta spontanea facta, teste GOUAN. loc. cit.

Annuae nomini substitui *Proboscideae*, quum quatuor species annuas habeamus & *Proboscideae* nomen capsulae formam revocet.

6. **FRUTICOSA** M. frutescens, foliis lanceolato-ferratis, dentatis, corollae labii superioris laciñiis numerosis, crispis.

Craniolaria fruticosa. LINNE Syst. Veget. p. 558. Spec. Plant. T. III. p. 141. Pflanzenyst. T. IV. p. 50. MILLER Garden. Dict. n. 2.

Gesnera arborea, flore ampio fimbriato & maculoso. PLUMIER Gen. 27. sp. 2. Eiusd. Plantae americanae edent. BURMANN. Fasc. VI. p. 128. Tab. 137.

Habitat in America calidiore. ♂.

SALVIA LEONUROIDES. Tab. II.

PLANTA. Suffrutex speciosus, rectus, sesquipedalis, subvilosus.

* *Descensus.*

RADIX. Fibrofa.

* *Ascensus.*

CAULIS. Unicus, tetragonus, angulis obtusiusculis, fulco qualibet in superficie notatus, villosus, erectus, viridis.

RAMI. Debiles in parte inferiori.

* *Frondescentia.*

FOLIA. Opposita, brachiata, petiolata, cordato-ovata, obtusa, crenata, venosa, superne laeviuscula, viridia, nitida, inferne rugosa, tomentosa, longitudine 2. poll. parisiens.

PETIOLUS. Pollicaris, patens, subcylindricus, superne planus, viscosus, viridis.

* *Inflorescentia.*

FLORES. Plures, pulcherrimi, corollis magnis coccineis, breviter pedunculati, e geniculis inter folia enati, verticillos interruptos formant ex duodecim & ultra floribus compositos, multis ante expansionem deciduis, duobus modo singulo in latere simul florentibus.

BRACTEAE. Nullae.

* *Fructificatio.*

CALYX. Perianthium monophyllum, campanulato-tubulosum, angulatum, bilabiatum, labio superiore adscendente integro, margine revoluto, labio inferiore florendi tempore indiviso, dein ad medium usque bipartito, viride, persistens.

COROLLA. Maxima, fere bipollicaris, coccinea, calyce duplo longior, monopetala, ringens, bilabiata. Tubus ex basi albicante latiori angustatus, ampliatus dein, striatus, angulatus, dorso recta ascendit & in labium superius abit, in parte anteriori angulo acuto inflexus, angustatus, plicatus, ampliatur & horizontaliter discedens labium inferius format. Labium superius rectum, adscendens, subfornicatum, compressum, villosum, emarginatum, genitalia obvolvit stylum summo & stigmate exceptis. Labium inferius plicatum, tripartitum, laciniis lateralibus brevibus, latis, angulatis, lacinia media profensa, ex basi angustiori in planum semilunulatum ampliata.

STAMINA. Filamenta quatuor, duo majora antherifera, alba, basi connata,

punctis coccineis distincta, tubo relicto sensim sensimque divergentia, figuntur dum unci parvi ea amplectuntur, terminantes antherarum loco filamenta minora, lateribus labii inferioris adnata. Antherae graciles, uniloculares, oblongo-lineares, in medio inferiae, flavae: longitudo filament. majorum 1. poll. minorum. 3. lin. (fig. 3.)

PISTILLUM. Germen quadrifidum, viride, disco orbiculato, carnosus, viridi insidens. Stylus albus, filiformis, corolla longior, inferne laevis, superne bifariam villosus, villis longiusculis, profunde coccineis. Stigma bifidum, coccineum, lacinia una longiori, convoluta. *fig. 4.*

PERICARPIUM. Nullum. Calyx connivens in fundo continet
SEMINA quae apud nos non maturescunt.

Habitat in regno Peruviano unde semina a cel. DOMBÉY Medico & Botanico regio missa sunt Praefectis Hort. Reg. Parisini, ex quo planta Argentinensem intravit ubi hoc anno altera vice per totam aestatem sub dio floruit & caldario commissa jam denuo flores aliquot profert hoc ipso mense Novembri. Propagatur sive taleis, sive submersione. Unica quam requirit cautela ea est ut ingruente bruma caldario tradatur.

Nominis trivialis ratio ex similitudine florum cum *Leonuro* repetenda; character naturalis ex descriptione patet: essentialis hic uti in reliquis *Salviis* in trabecula cui stamina bina antherisera adhaerent quaerendus. Differentiam specificam facilius in hac condere quam multis aliis valemus, quum non ea formae cum congeneribus illi intercedat similitudo quae in causa plerumque est ut limites inter multas *Salviae* species ponere maxime arduum sit, sed quoad inflorescentiam & partium fructificationis structuram peculiares habeat characteres; id quod etiam pro LINNAEI hoc in genere observata methodo pugnare videtur, qui quinquaginta cognitas species subdividere noluit, sed promiscue proposuit, nulla neque ad frondescentiam, neque ad inflorescentiam, calycisve aut corollae formam habita ratione; nam si spe-

ciosam TOURNEFORTII^{1.} qui in *Salviae*, *Sclareae*, *Hormini* genera distinxit, quam & maximam partem adoptavit ETTLINGERUS, sequi animus est distinctionem, ambigere oportet, cuinam generi species sit accensenda, qua & saepius adhuc se premi difficultate experti sunt ill. MURRAY & alii. Quaeritur anne MORISONII^{2.} divisio, si paulo ampliaretur & adornaretur, normae instar ad species congeneres in familias congregandas inservire potuisset. Sed ad *Leonuroidem* nostram redire juvat & abruptum quasi negotii filum resumere. Florum dispositionem formamque ita se habere dixi, ut ex iis characteres ad speciem distinguendam pares eruere valeamus. Omnes seu quas vivas videre contigit (& non paucas dives Argentinensis Hortus alit species) seu quas icones suppeditarunt, flores five in racemum, five in spicam, five paniculam digestos habuere, nullamque reperi, cuius flores ex angulo quem cum caule format petiolus originem ducant & sic in verticilos interruptos sint dispositi, omnes quoque bracteis fuisse instructas vidi, in nostra plane deficienibus. Haud minoris momenti sunt quae ad characterem condendum ex florum structura repeti possunt. Primo intuitu oculos ferit corollae magnitudo, villostas, color infuetus^{3.}; dein observatoris attentionem sibi vindicat labium superius fere rectum, quo cum *Salviarum* familia secundum ETTLINGERI^{4.} mentem stabilita convenire videtur, a qua tamen aliorum characterum defectu aliena est: labium quoque inferius peculiari se habet modo, quam differentiam comparatione quidem facilime perspicimus, describere vero ego saltem non audeo. Calyx colore etiam si & elegantia longe corolla inferior tamen non minus memorabilis, quum labio superiore integerrimo characterem suppeditet quem cum duabus modo totius generis speciebus communem habet, scilicet *mexicana*^{5.} & *hispanica*,^{6.} quam priorem etiam praecipue hanc ob causam *Salviae* generi exemit & *Iungiae* nomine novum

1. TOURNEFORT Institutiones rei herbariae. Parisis 1700. 4to. T. I. p. 178. sq.

2. MORISON Historia Plantarum. T. III. p. 391. 398.

3. Quem hucusque unice sibi vindicaverat *Salvia coccinea*, de qua LINN. fil. in Suppl. Plant. p. 88. dixit: Pulcherrima corollis rubris, qua a reliquis omnibus facilime distinguitur. Quod effatum hodie limitandum est ex superioribus patet.

4. ETTLINGER de *Salvia*, dissertatio inauguralis. Erlang. 1777. in eo differt a TOURNEFORTIO quod *Salviarum* familiae tribuit corollae labium superius fere rectum, ille autem fornicatum.

5. LINNE Spec. Plant. edent. REICHARD. T. I. p. 67. System. Veget. ed. XIV. 70. ETTLINGER. diff. p. 38.

6. LINNE Spec. Plant. T. I. p. 67. System. Veget. p. 70. ETTLINGER diff. p. 27.

tanquam genus proposuit HEISTER⁷. Magni viri pro norma sumere si vellemus vera observatione nixam, sed Philosophiae botanicae regulis haud congruam ideam (quum hac nota generis essentialem characterem nequaquam eludat) novo huic generi associare deberemus adhuc & *hispanicam* & *Leonuroidem*, quae posterior maxime & jam de reliquo cum *mexicana* juncta est affinitate, quum etiam tubo corollae calyce duplo longiore, labio superiore recto, subfalcato, villoso, stylo corollae longiore, hirsuto, in quo & *hispanica* iterum, quod notatu dignum est, convenit, sibi sint similes; differt vero *mexicana* verticillis sexfloris in racemum digestis, foliis ovatis utrinque acuminatis, ferratis, basi integerrimis.

Verum sub his peculiaris fabricae involucris, haud minus singularibus characteribus gaudentes partes reconduntur. Staminum quidem fabrica egregia est, germinis structura elegans, sed & in aliis speciebus reddit: stylus vero albus, bifarium villis coccineis barbatus, memorabilis omnino; villostatis character, uti jam dictum, in duabus quidem aliis speciebus jam fuit annotatus, sed longe alio modo in iis villorum se habet dispositio.

In *mexicana* quam florere simulantem, quod & hoc ipso tempore facit, florentem nunquam vidi, iconibus si fides⁸ & ex indeterminatis concludere si licet descriptionibus⁹, stylus totus omnibus partibus est hirsutus; in *hispanica* cuius innumera hoc anno rimari specimina mihi datum fuit, stylum album uno in latere modo villis violaceis barbatum, semper reperi.

In characteribus a frondescientia depromptis, in speciebus jam cognitis, ob novae hujus accessionem nil mutare aut corrigere oportet, ideo comparationis negotium amoenum magis quam utile lectori hujus rei curioso linquere possum.

Elucescit ex dictis sequenti modo stabilitandum esse *leonuroidis* characterem.

LEONUROIDES. S. Calycis labio superiore integerrimo, stylo bifarium bar-

7. BURCKHARD Epistola ad LEIBNITIUM CUM LAURENTII HEISTERI praefatione. Helmstadii 1750. 8. p. 86. Tab. 1.

8. HEISTER. l. c.

9. ETTLINGER. diff. l. c. quod meam sententiam ro-

borat est observatoris acutissimi, CASIMIRI MEDICI in Botan. Beob. 1783. p. 103. circa stylis structuram silentium: certe peculiari se si haberet modo, quum alias generationis hujus plantae partes solita cura describat, illam annotasset utique.

bato, floribus axillaribus interrupte verticillatis, foliis cordato-ovatis, crenatis.

Porro ab hujus novae speciei sequentes in definitione *Salviae mexicanae* & *hispanicae* mutationes jam necessariae esse videntur.

MEXICANA. S. Calycis labio superiore integerrimo, stylo hirsuto, racemo verticillato, foliis ovatis, utrinque acuminatis, ferratis.

HISPANICA. S. Calycis labio superiore integerrimo, stylo barba unilaterali, spica imbricata, cernua, foliis ovatis, petiolis utrinque mucronatis.

Tres has species, LINNAEUM si sequimur, nullamque subdivisionem facimus, optimo tamen consilio ultimo loco in specierum dispositione fore positas persuadeor, quo loco si ponantur, quum præterea specifica definitio a calycis labio superiore integerrimo ordiatur, statim apparent, hac nota tres has solas species a reliquis omnibus recedere.

CYPERUS AEGYPTIACUS.

Horti Regii Parisini.

Tab. III.

PLANTA. Graminea, recta, in latum expansa, glaberrima, altitudine dodrantali.

* *Descensus.*

RADIX. Nodosa, fibrosa,

Ascensus.

CULMUS. Unicus, teres, enodis, albo-viridescens, nitidus, levissime striatus ita ut tactu modo striae explorentur & visum fere fugiant, aphyllus.

* *Frondescentia.*

FOLIA. Radicalia longissima, recurva, carinata, carina laevi, margine aculeis minutissimis, aciem oculi eludentibus, deorsum tendentibus.

* *Inflorescentia.*

FLORES. Spiculae multae; ovatae, flavo-ferrugineae, compactae, culmo medio insident, easque ambit Involucrum hexaphyllum, maxime irregulare, foliolis canaliculatis, laevibus, minimo recto, pollicari, reliquis successive majoribus, ut maximum tandem dodrantale fiat, deorsum flexis.

* *Fructificatio.*

CALYX. Spica distiche imbricata, squamis ovatis, plano-inflexis, acutiusculis, flavo-ferrugineis.

COROLLA. Nulla.

STAMINA. Filamenta tria, alba, spica longiora, sustinent antheras oblongas, fulcatae, nutantes, flavas.

PISTILLUM. Germen parvum trigonum. Stylus minimus. Stigmata tria, longitudine spicae, capillaria.

PERICARPIUM. Nullum.

SEMEN. Unicum, triquetrum, acuminatum.

Habitat in Aegypto inferiori; per quatuordecim annos jam in Horto Parisino colitur, ex quo Argentinensem intravit, ubi per totam aestate sub dio, in olla tamen, laete floret, & versus Septembrim semina perficit.

Sexta haecce *Cyperi* generis species culmo tereti instruēta, nullo quidem propriissimo charactere a congeneribus differt, sed distinguenda tamen facile notis junctis, quae vel singulae modo, vel adhuc aliis, in hac deficientibus characteribus combinatae, in reliquis redeunt speciebus.

Sic differt *Cyperus articulatus*, culmo creberrime geniculato; *minimus* culmo spicas sub apice ferente; *lateralis* culmis pluribus, setiformibus, spica laterali, *tenellus* culmo setaceo, spicis solitariis geminisque infra apicem culmi sessilibus; *Monti*¹ umbella supradecomposita. Erit ergo definitio specifica *aegyptiaci*

1. *Cyperus Monti* omnino multis cum aegyptiaco characteribus convenit, sed non modo spiculis in umbella supradecomposita dispositis, sed & toto habitu quam maxime differt.

AEGYPTIACUS. C. Culmo tereti nudo, apice spiculis multis, compactis, involucro maximo foliisque recurvis.

MESEMBRYANTHEMUM CORDIFOLIUM.

Tab. I. fig. 5.

LINN. Suppl. Plant. p. 260.

PLANTA. Nitida, procumbens, herbacea, succulenta, punctis foveolas aemulantibus aspersa quae lente visa offerunt totidem guttulas roridas.

* *Descensus.*

RADIX. Fibrosa.

* *Ascensus.*

CAULIS. Brevis, subteretiusculus, digit minimi crassitie, unicus, viridis, utrinque fulco exaratus.

RAMI. Plures, statim supra terram egredientes, oppositi, in decursu dichotomi, ramulo uno minori non ultra diviso, facie caulis, pedales & ultra.

* *Frondescentia.*

FOLIA. Opposita, petiolata, petiolo subalato, subcordato-ovata, obtusa, uninervia, viridia.

PETIOLUS. Horizontalis, folio dimidio brevior, de reliquo cauli conformis.

* *Inflorescentia.*

FLORES. Solitarii, longe petiolati, eretti, locantur in ramorum dichotomia, alterni.

* *Fructificatio.*

CALYX. Perianthium monophyllum, inaequale, quadrifidum, tubulo crasso, ventricoso, foliolis duobus majoribus ovatis, minoribus cylindrico-acutis, basi excavatis, de reliquo solidis, arcte flores amplectens, a germine augmento capiente dilatabile.

COROLLA

COROLLA. Supera, polypetala, petalis linearibus, laete rubris, basi albicantibus.

STAMINA. Filamenta plura, alba, petalis connata, antheris flavocantibus.

PISTILLUM. Germen orbiculatum quadrifidum, rubescens, extus fulcis notatum: Styli quinque, lineares.

PERICARPIUM. Carnosum, viride, quadriloculare, continet.

SEMINA. Plura.

Habitat ad Promontorium bonaë spei; colitur per aliquot annos in Horto Argentinensi. Singularem quandam circa ejus culturam praetermittere non possum observationem; specimina scilicet quae in ollis servabantur reliquarumque specierum ad instar magna cura servabantur, debilem, pallidum, marcescentem semper habuere habitum. Tentare aliquando placuit Praefecto quomodo vigerent Africae succulentæ incolæ, rupi artificiali commissæ ex cotaceis lapidibus exstructæ, ad muscos, lichenes, aliasque plantas quae saxosis delectantur alendas. Cum nostro ergo *Mesembryanthemo* inter alia periculum fecit, & magnam partem lateris meridionalis duae minutæ quae ei traditæ fuerunt stirpes hodie obducunt, & laete virentibus late circum sparsis foliis, elegantibus rubris floribus intermixtis oculos pascunt; jam verno tempore flores in conspectum prodiere, per totam aestatem duravere, & hoc ipso Novembri mense laete adhuc vegetat planta.

Descriptionem nostram cum eis quae profert de ea LINNAEUS in Supplemento si comparo, concludo eum vivam illam non vidisse, nam tunc albiflore instructam corollis non autumasset, & certe singularem structuram calycis descripsisset accuratius: fateor etiam me quid cum caulibus pedalibus velit,

ignorare, nisi error inde forsan originem duxerit, quod ramum siccum sibi transmissum caulem esse credidit. Specificam definitionem quod attinet; etiamsi planta ex numero earum specierum eximenda sit quae albis corollis gaudent (quo etiam ill. MURRAY amandavit, qui pariter haud florentem vidisse plantam videtur) & familiae rubris corollis gaudentium inferenda, manere nihilo fecius potuisset, quum in utraque familia vix alia foliis planis donata species occurat: sed foliis cordatis, obtusis non puto satis accurate definiri formam foliorum, neque etiam caules prostrati dici possunt, quippe qui ex terra vix emergunt, uti jam dixi, sed rami potius. Neque ineptam desumi posse persuadeor notam a calyce, cui similem non modo habet alia species nulla, sed qui quoque a generico charactere recedit.

Sequens ergo adaequatus esse specificus ejus character videtur,


CORDIFOLIUM. M. calyce quadrifido, inaequali; foliis ovatis, subcordatis in petiolum decurrentibus, obtusis, ramis prostratis.

T H E S E S.


- I. Seminium Vermium intestinalium animalibus est connatum.
- II. Fluidum nerveum igneum esse persuasum habeo.
- III. Digestionis praecipuum iustrumentum est succus gastricus.
- IV. Multum de eo in curandis morbis sperandum esse dubito.
- V. Nullum dari remedium antiphlogisticum quod absque ulla certæ morbi causæ habita ratione tale vocari mereatur, & ego arbitror.
- VI. Ab enunciatis generalibus in præxi medica praecipue cavendum.
- VII. Bona febrium classificatio primum & ultimum in præxi medica desideratum.
- VIII. Divisio in sporadicas, annuas & stationarias, reliquis omnibus praeripit palmam.
- IX. Vis morbi annui tanta est, ut reliquias omnes aegritudines per id tempus quo is dilaturam exercet, sui imperii faciat.
- X. Tria febris annuae genera observantur, febris inflammatoria, pituitosa, biliosa.
- XI. Harum soboles saepissime est febris putrida, rarius pendet ab incognita oeconomiae animalis discrasia, seu a fomite purulento sanguinem subiente.
- XII. Nulla alia morborum causa tam mirificam, quam bilis, symptomatum varietatem producere valet.
- XIII. Exanthematum fons abdominalis est.
- XIV. Variolarum differentia non a miasmatis sed a constitutionis annuae varietate pendet.
- XV. Hinc divisio in sinceras & complicatas reliquis anteponenda.
- XVI. Miliaris febris notio non in miasmate contagioso quaerenda.
- XVII. Febris puerarum indoles saepius biliosa, rarius inflammatoria.

- XVIII. Viscera partim inflammata, partim gangraenosa, in cadavere hac febre defuncta non pro indole inflammatoria pugnant.
- XIX. Pathognomonicus malignitatis signo caremus.
- XX. Nil opio praestantius in febre aestiva cum colica saturnina complicata.
- XXI. Recte dysenteria rheuma intestinorum dicitur.
- XXII. Hydrops originem a plethora saepe ducit.
- XXIII. Patet inde venae sectionem in hydrope ex tripode non esse rejiciendam.
- XXIV. Absorbent pulmones aëris vitalis partem, qua atmosphaericus aëris qui eos intrat ditatus est.

TAB. I.







56

UB WIEN



+AM430960308

